

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

**Forcellini, Egidio**

**Schneebergae, 1831**

Auszug aus dem Autograph

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1615)



IX. CAL. MART. ANN. MDCCLIII.

## AEGIDIUS FORCELLINUS

BERNARDINI FILIUS

SEMINARII ALUMNUS ET SACERDOS

ANNOS NATUS LXIV. M. V. D. XXVI.

Phoebus utrumque polum decies quater axe revisit,  
Hoc nostra immensum dum manus urget opus.

Veteri Calepino interpolando manus admovi ann. MDCCXV. prid. I. April. Quae interpolatio et quatuor fere annos absumpsit; et illud simul docuit, tot ac tanta esse in toto illo opere corrigenda, mutanda, et addenda, ut nihil probabile emitti posset, nisi de integro recuderetur. Itaque sub finem ann. MDCCXVIII. jussu Card. Cornelii Episc. Pat., et ductu Jacobi Facciolati Studiorum Praefecti animose aggressus tam vastum opus, tres annos cum dimidio in prima A littera insumpsi. Dumque pergerem alacriter, accidit ut ann. MDCCXXIV. Seminarium relinquere cogerer, et opus omnino intermittere. Sed revocatus post annos fere septem illud resumpsi Idib. April. ann. MDCCXXXI. strenue progrediens usque ad ann. MDCCXLII. Quo anno cum esset novum mihi onus impositum Confessarii Clericorum, lente admodum necesse fuit progredi, cum fere quotidie ab opere ad alia agenda avocarer. Novem ferme annos, quasi claudus, et subinde insistens, processit: tandemque ann. MDCCLI. gravissimo illo munere liberatus, jubente Card. Rezzonico Episc. Pat., ad qualemcumque finem, Deo favente, perveni IX. Cal. Mart. ann. MDCCLIII. Reliquum est, ut relegam, si vita suppetet, et alia manu describendum tradam.

Relegere incoepi prid. Non Junii ann. MDCCLIII.: finem imposui V. Id. April. ann. MDCCLV.

Descriptio inchoata est III. Non. Decbr. ejusdem anni MDCCLIII. a Ludovico Violato: confecta Idib. Novbr. ann. MDCCLXI.

*Haec ex autographo ipsius FORCELLINI; qui tandem obiit Prid. Non. April. ann. MDCCLXVIII. Eritque bonis doctisque viris illustre nomen.*

## MONITUM.

*Habes opus hoc absolutum serius quam promiseram, et expectabas. Ne hoc typographo vitio vertas. Nosti conditionem rerum humanarum. Multa saepe accidunt, quae non sinunt nos ad amussim cogitata perficere.*